tisset se et abiret indignās:
accesserūt ad eū serui sui.
et locuti sūt ei dicentes.
Pater: et si rem grandem
dixisset tibi pphēta: certe
facere debuerās. Quāto ma
gis quia nūc dixit tibi.
lauare et mundaberis?
Descendit itaq; et lauit ī
iordane septies iuxta ser
monē uiri dei: et restitu
ta est caro eius sicut ca
ro pueri paruli: et mūda
tus est a lepra. Reuersusq;
ad uirū dei cum omni co
mitatu suo: uenit et
stetit coram eo et ait. Vē
sciо qđ non sit alius dūs
in uniuersa terra. nisi
tantū dñs deus isrl. ℟.

Deus uitā meā annūcia
ui tibi posui et lacrimas meas
in conspectu tuo. ℣. Miserere
mihi dñe qm̄ conculcauit
me homo tota die bellans mi
hi subsequitur me. Sđm lucā.

In illo tempore: Dix
erunt pharisei ad
ihm. Quāta audiui
mus facta in capharnaū
um: fac et hic in patria
tua. Ait autē. Amē dico
uobis: quia nemo pphā

acceptus est in patria sua. In ueritate dico uobis: quia multe uidue erant in diebus helyę in israel. quando clausum est celum annis tribus et mensibus sex: ita facta esset fames magna in omni terra: et ad nullam illarum missus est helyas: nisi in sarepta sydonie ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in israel sub helyzeo propheta: et nemo eorum mundatus est nisi naaman syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira: hec audientes. Et surrexerunt. et eiecerunt illum extra ciuitatem: et duxerunt illum usque ad supercilium montis: super quem ciuitas eorum erat edificata: ut precipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Off. Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam intende in me et exaudi me. Secreta. Donus quod tibi domine nos seruitutis offerimus. tu salutare nobis prece sacramentum. Per dñm. Cō. Dominus dabit ex syon salutare israel

dum auerterit dominus captiuitatem plebis sue exultabit iacob et letabitur israel. Repleta qs Compl. Omnipotens et misericors deus: ut que ore contingimus: pura mente capiamus. Per dñm. Inhabitet Sup nobis domine ppitia misericordia tua: ut ab inminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente saluari. Per dñm. Ad Feria. iij. Adamauit quem exaudisti me deus inclina aurem tuam et exaudi uerba mea custodi me domine ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum protege me. ps. Exaudi domine iustitiam meam: intende deprecationem meam. Exaudi nos Coll. Omnipotens et misericors deus: et continentie salutaris ppitius nobis dona concede. Per. Ic libri regum. In diebus illis: Mulier quedam clamabat ad helyzeum prophetam dicens. Seruus tuus uir meus mortuus

Assumamus

est: et tu nosti quia seruus
tuus fuit timens deū. Et ec
ce creditor uenit: ut tollat
duos filios meos ad seru
endū sibi. Cui dixit helyze
us. Quid uis ut faciam
tibi? Dic mihi q̄d habes
in domo tua. At illa respō
dit. Non habeo ancilla
tua quicq̄ in domo mea:
nisi parum olei quo ungar.
Cui ait. Vade per mutuo
ab omnib⁹ uicinis tuis ua
sa uacua non pauca: et
ingredere et claude ostiū
cum introieris tu
et filij tui: et mitte unc ī
omnia uasa hec. Et cū ple
na fuerint tolles. Iuit ita
q̄ mulier: et clausit ostiū
super se et super filios
suos. Illi offerebant ua
sa: et illa infundebat. Cū
q̄ plena fuissent uasa:
dixit ad filiū suū. Affer
mihi adhuc uas. At ille
respondit. Non habeo.
Stetitq̄ oleū. Venit aūt
illa: et indicauit homi
ni dei. Et ille. uade inquit ue
de oleum: et redde creditō
ri tuo. Tu autē et filij tui
uiuite de reliquo. Km.

Hb oculas meis munda
me dñe et ab alienis parce

seruo tuo. ℣. Si mei nō fue
rint dñatī tunc īmaculatus
ero et emūdabor a delicto
maximo. Sedm mathm.

In illo tempore: Hec
locutus iesus in
discipulos suos: di
xit symoni petro. Si pec
cauerit in te frater tuus:
uade et corripe eū inter te
et ipm solum. Si te au
dierit: lucratus eris fratrē
tuū. Si autē te non au
dierit: adhibe tecum ad
huc unū uel duos: ut ī
ore duoꝝ uel truī testiū
stet omne uerbū. Quod
si non audierit eos: dic
ecclie. Si autē et eccliam
non audierit: sit tibi si
cut ethnicus et publica
nus. Amen dico uobis:
quecumq̄ alligaueritis
sup terram: erunt liga
ta et in celo. Et quecum
q̄ solueritis super terrā:
erunt soluta et in celo.
Iterum dico uobis: q̄a
si duo ex uobis consen
serint super terram de oñi
re q̄ncumq̄ petierint:
fiet illis a patre meo q̄
in celis est. Vbi enī sunt
duo uel tres congregati
in nōie meo: ibi sum in

medio eoz. Tunc accedēs petrus ad eū: dixit. Dñe: quotiens peccabit in me frater meus et dimittam ei: usq; septies? Dicit illi ihesus. Non dico tibi usq; septies: sed usq; septuagies septies. Off. Dexterа dñi fecit uirtutē dexterа dñi exaltauit me non moriar sed uiuam et narrabo opa dñi. Per hec ueni Sēc. Dat qs dñe sacramēta nīe redemptionis efficāis. qui nos et ab humanis retrahat sēp exercitijz. et ad salutaria cuncta pducat. Per. Cō. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte scō tuo qui ingreditur sine macla et operatur iusticiā. Compl. Sacris mysteriis dne expiati: et munere expiatiōis: et remedio consequamur et grām. Per. Sequa nos Sūpplīn. domine ptectione defende: et ab omni semp iniquitate custodi. Per. Fīa. uij. Ego autē in dño spabo exultabo et letabor in tua misericordia quia respexisti humilitatē meam. ps. In te domine spaui non confundar in eternū in iusticia tua libera me. Colīa. Dā nobis qūs dne: ut salutaribus ieiuniis eruditi: a noxijs quoq; uicijs abstinentes, ppiationem tuam facilius impetremus. Lectio lib exodi. Et dixit dominus deus. Honora pīem tuū et matrē tuam: ut sis longeuus super terrā: quā dīs deus tuus dabit tibi. Non occides: non mechaberis: nō furtum facies: non loqueris contra pximū tuum falsum testimonium. Non concupisces domū pximi tui: nec desiderabis uxorem eius. Non seruū: non ancillā: non bouem: non asinū: nec oīa que illius sunt. Cunctus autē populus uidebat uoces et lampades et sonitū buccine: mōtemq; fumigantē: et perterriti ac pauore cōcussi: steterūt procul: dicentes moysi. Loquere tu nobis:

et audiemus. Non loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses ad pplm. Nolite timere. Vt enī probaret nos venit deus: et ut terror illius esset in nobis: et nō peccaretis. Stetitq; populus delonge. ℣ Moyses āt accessit ad caliginē: in qua erat deus. Dixitq; p̄ terea dñs ad moysen. Hec dices filijs isrl. Vos vidistis: qđ de celo locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: et offeretis sup illd holocausta et pacifica tua. Oues tuas et boues: in omñi loco in quo memoria fuerit nominis mei. ℟.

Miserere mihi dñe qm infirmus sū sana me dñe. ℣. Conturbata sūt omnia ossa mea et aīa mea turbata est valde. S̄ matheū.

In illo tempe: Accesserūt ad ihesū ab hierosolimis scribe et pharisei dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorū? Nō enī lauant manus suas: cū panē manducant. Ipse autē respondens ait illis. Quare et vos transgredimini mandatū dei ppter traditionē vestram? Nam deus dixit. Honora patrem tuū et matrē: et qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur. Vos āt dicitis. Quicūq; dixerit patri vel matri munus qđ cumq; est ex me tibi pderit: et non honorificabit patrem suū aut matrem suā: et irritū fecistis mandatū dei ppter traditionē vestram. Ypocrite: bene pphetauit de vobis ysaias dicens. Populus hic labijs me honorat: cor aut̄ eorū longe est a me. Sine causa aut̄ colūt me: docentes doctrinas et mandata hoīm. Et convocatis ad se turbis: dixit eis. Audite: et intelligite. Non qđ intrat in os coinquinat hoīem: sed qđ procedit de ore: hoc coinquinat hominē. Tunc accedentes discipli eius: dixerunt ei. Scis quia phi sei audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille resp

pondens ait. Omnis
plantatio quã nõ plan
tauit pater meus celesti:
eradicabitur. Sinite illos.
Ceci sunt: duces ceco-rum.
Cecus autẽ si ceco ducã
tum prestet: ambo in fo
ueam cadũt. Respondens ãt
petrus: ait illi. Edissere
nobis parabolam istam.
Ac ille dixit. Adhuc et uos
sine intellectu estis? Non
intelligitis quia omne
qđ in os intrat in uentrẽ
vadit et in secessũ emitti
tur? Que autẽ procedũt
de ore: de corde exeunt: et
ea coinquinãt hominẽ.
De corde enim: exeunt
cogitationes male. Ho
micidia: adulteria: for
nicationes: furta: fal
sa testimonia: blasphe
mie. Hec sũt que coinq̃
nant hominẽ. Non lo
tis autẽ manib; mãdu
care: non coinquinat
hominem. Off. Do
ne fac mecũ misericordiam tuam
ppter nomen tuũ quia suа
ue est misericordia tua. Sec.
Suscipe qs dne pre
ces populi tui cũ
oblationibus
hostiarum. et tua myſ
teria celebrantes. ab om
nibus nos defende pcu
lis. P d. Cõ. Notas
mihi fecisti uias uite adim
plebis me letitia cum uul
tu tuo domine. Compl.
Sanctificet nos do
mine qua pasti
sumus mensa ce
lestis: et a cunctis erro
ribus expiatos: supnus p
mulsionibz redditi acce
tos. Per d. Sup populũ.
Concede qs omps
deus: ut qui pro
tectionis tue gra
tiam querimus: libera
ti a malis omnibus secu
ra tibi mente seruiam.
Per dnm. Feria quinta.
Salus populi ego
sum dicit dns de
quacũq; tribula
tione clamaue
rint ad me exaudiam eos
et ero illoz dns in ppetuũ.
ps. Attendite pple meus legẽ
meã: inclinate aurẽ uestram
in uerba oris mei. Collecta.
Magnificet te dne
sanctoz tuorum
coetus et diuina
tu beata sollempnitas:
qua et illis gl'iam sempi
ternã: et opem nobis in

Da qs dne rex etne cũctoz.
ut sacro nos purificatos
ieiunio sinceris quoq; mẽ
tibz ad tua sanctã vẽnire fac
tis pcipere. P

effabili puidencia contu
iusti. ℣. Ie iheremie pphe.

In diebus illis: fac
tum est uerbū dñi
ad me dicens. Sta
in porta domus dñi: et p
dica ibi uerbū istud et dic.
Audite uerbū dñi oēs
uida: qui ingredimini per
portas has: ut adoretis
dñm. Hec dicit dns exer
cituū deus isrl. Bonas fa
cite uias uras et studia
ura: et habitabo uobiscum
in loco isto. Nolite confi
dere in uerbis mendacij
dicentes. Templū dñi:
templū dñi: templū dñi
est. Quin si bene direxeri
tis uias uras et studia ues
tra: si feceritis iudicium
inter uirū et proximū eius;
aduene et pupillo et ui
duę non feceritis calūp
niam: nec sanguinē in
nocentē effuderitis in loco
hoc: et post deos alienos
non ambulaueritis in
malū uobismetipsis: ha
bitabo uobiscū in loco is
to in terra quā dedi pri
mis: a seculo et usq; in se
culū. Dicit dns omipotens. ℟.
Oculi oīm in te sperant
dne et tu das illis escam i tem
pore opportuno. ℣. Aperis tu
manū tuā et imples omne
aial benedictione. Sequētia.

In illo tempe: Cū
cognouisset iheſus
quia uenturi essent
ut raperent eum: et facerēt
eum regem: fugit iterū
in montē ipe solus. Ut
autē sero factū est: descen
derunt discipuli eius ad
mare. Et cum ascendisset
nauem: uenerūt trans mare
in capharnaum. Et tene
bre iam facte erant: et nō
uenerat ad eos ihs. Ma
re autē uento magno flā
te exurgebat. Cū remi
gassent ergo quasi sta
dia uiginti quinq; aut tri
ginta: uident ihm ambu
lantē sup mare: et proxi
mū nauī fieri: et timue
runt. Ille autē dixit eis.
Ego sū: nolite timere. Vo
luerūt ergo accipere eū
in nauē: et statim fuit
nauis ad terrā ad quā
ibant. Altera die turba
que stabat trans mare:
uidit quia nauicula alia
non erat ibi nisi una:
et quia non introisset
cū discipulis suis ihūs
in nauem: sed soli disci

ctor.
Surgēs ih̄s de synagoga
uenit

puli eius abissent. Alie
uero supuenerūt naues
a tyberiade: uxta locū
ubi manducauerant pa
nem: gr̄as agentes dn̄o.
Cum ergo uidisset turba
quia ihesus non ēet ibi
neq; discipuli eius: ascē
derunt nauculas et ue
nerūt capharnaū: quer̄
tes ihesum. Et cū inuenissēt
eum transmare: dixerūt
ei. Rabbi q̄ndo huc uenis
ti? R̄ndit ih̄s et dixit. Am̄e
amen dico uobis: quer̄
tis me non quia uidistis
signa: sed quia māducā
stis ex panib; et saturā
ti estis. Operamini non
cibū qui perit: sed qui
pmanet in uitā eternā:
quē filius hominis dabit
uobis. Hunc enī pater
signauit deus. Dixe
runt ergo ad eū. Quid
faciemus ut operemur ope
ra dei? R̄ndit ih̄s: et dixit
eis. Hoc est opus dei: ut
credatis in eum quē mi
sit ille. Dixerunt ergo il
li. Quod ergo tu facis
signū ut uideamus et
credamus tibi? Quid
operaris? Patres nostri
manna manducauerūt

in deserto: sicut scriptū
est. Panē de celo dedit eis
manducare. Dixit ergo
eis ihesus. Amen dico uo
bis: non moyses dedit uo
bis panem de celo: sed pa
ter meus dat uobis panē
de celo uerū. Panis enim
dei est qui descendit de celo:
et dat uitā mundo. Dixe
runt ergo ad eū. Domi
ne: semp da nobis panē
hunc. Dixit autē eis ih̄s.
Ego sum panis uite. Q̄
uenit ad me: nō esuiet.
Et qui credit in me. non
sitiet umq̄. Off. Si
ambulauero in medio tribu
lationis uiuificabis me do
mine et sup iram inimico
rū meor extendes manum
tuam et salui me fecit dex
tera tua. Secr̄.
Hanc tuor dn̄e p̄cio
sa morte sanctor
sacrificium illud offeri
mus: de quo martyrū
sumpsit omne principi
um. Per dn̄m. Cū
mandatis mandata tua cus
todiam nimis utinā dirigan
tur uie mee ad custodiendas
iustificatōes tuas.
Sit nobis Compl:
dn̄e sacramenta

Deus de cuius gr̄e rore descendit ut
ad mysteria tua purgatis sensibz accedam⁹.
p̄cā ās. ut t̄ cor tradicōe solēpnis honorāda
cōpetēs deferam⁹ obsequiū p̄ Cōplēdā
Sacramēta tua dn̄e veneranda purgāo. et
mystico nos mūdet effectu. et p̄stet vir
tute defendat p̄

tui certa saluatio: que cū
bōrum tuor cōsme et da
mianu meritis implora
tur. Per. Super populū.
Obiectū tibi pplm
qs dñe ppiciatio
celestis amplifi
cet: et tuis faciat sempe
seruire mandatis. Per d.
Ac mecū fia. vñ.
dñe signū in bo
nū ut uideant
qui me oderunt
et confundantur qm tu do
mine adiuuisti me et con
solatus es me. ps. Inclina
dñe aurē tuā et exaudi me:
qm inops et paup sū ego.
Cuunia nra Coll.
qs dñe benigno
fauore psequere:
ut sicut ab alimentis in
corpore: ita à uicijs ieiu
nemus in mente. Per d.
Q Vel. numeri.
diebus illis. Con
tenerunt filij isrl
ad moysen et aaron: et
uersi in seditionē dixerūt.
Da nobis aquā ut biba
mus. Ingressusq moy
ses et aaron dimissa mlt
titudine tabernaculū fede
ris: corruerunt proni in
terram. Clamauerūtq

ad dñm: atq dixerunt.
Dñe deus audi clamorē populi huius: et aperi
tis thesaurū tuū fontem
aque uiue: ut sedetur murmuratio eorum.
Et apparuit gla dñi sup
eos. Locutusq est dñs ad
moysen dicens. Tolle ur
gam et congrega pplm
tu et aaron frater tuus:
et loquimini ad petram
coram eis: et illa dabit
aquas. Cumq eduxeris
aquā de petra: bibet omis
multitudo et iumenta ei.
Tulit igitur moyses ur
gam que erat in conspec
tu dñi sicut pceperat ei:
congregata multitudi
ne ante petram: dixitq
eis. Audite rebelles et in
credili. Num de petra hac
uobis aquā poterimus
eicere? Cumq eleuasset
moyses manū percutiens
urga bis silicem: egres
se sunt aque largissime:
ita ut populus biberet
et iumenta. Dixitq do
minus ad moysen et aa
ron. Quia non credidis
tis mihi ut sanctificaretis
me coram filijs isrl:
non introducetis hos

populos in terram quã dabo eis. Hec est aqua cõtradictionis: ubi iurgati sunt filij israel contra dñm. et sãctificatus est in eis. ℟ In deo spauit cor meũ et adiutus sũ et refloruit caro mea et ex uoluntate mea confitebor illi. ℣ Ad te dñe damaui deus meus ne sileas ne discedas a me. ℣ Iohem.

In illo tempe: Jhs fatigatus ex itinere: sedebat sic sup fontem. Hora autẽ erat q̃si sexta. Venit mulier de samaria: haurire aquã. Dicit ei jhs. Da mihi bibẽ. Discipli enĩ eius abierant in ciuitatẽ: ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cum sis. bibere a me poscis que sũ mulier samaritana? Non enĩ coutũtur iudei samaritanis. ℟ Respondit jhs: et dixit ei. Si scires donũ dei: et quis est qui dicit tibi da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo. et dedisset tibi aquã uiuã. Dicit ei mulier. Dñe: neq; in q̃ haurias habes: et puteus altus est. Unde ergo habes aquã uiuã? Numq̃ tu maior es patre nr̃o iacob qui dedit nobis puteũ. et ipse ex eo bibit et filij eius et pecora eius? ℟ Respondit jhs: et dixit ei. Oĩs qui bibit ex aqua hac: sitiet iterũ. Qui autẽ biberit ex aqua quã ego dabo ei: non sitiet in eternũ. Sed aqua quã dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in uitam eternã. Dicit ad eũ mulier. Dñe: da mihi hanc aquã: ut nõ sitiam. neq; ueniam huc haurire. Dicit ei jhs. Vade: uoca uirũ tuũ: et ueni huc. ℟ Respondit mulier et dixit. Non habeo uirũ. Dicit ei jhs. Bene dixisti: quia nõ habeo uirũ. Quinq; enim uiros habuisti: et nunc quẽ habes: non est tuus uir. Hoc uere dixisti. Dicit ei mulier. Dñe: uideo q̃a pphẽta es tu. Patres nr̃i in monte hoc adorauerũt: et uos dicitis quia ierusalem est locus: ubi adorare oportet. Dicit ei jhs. ℣ Mulier: crede mihi quia uenit hora: cũm neq; in monte hoc neq; in ierusalem

solimus adorabitis pʒem.
Vos adoratis qđ nescitis:
nos adoramus qđ scim⁹:
quia salus ex iudeis est.
Sed uenit hora et nūc est:
qñdo ueri adoratores ado
rabūt pʒem in spū et ueri
tate. Nam et pater tales
querit: qui adorent eum.
Spūs est deus: et eos qui
adorant eū: in spū et ueri
tate oportet adorare. Dicit
ei mulier. Scio quia mes
syas uenit: qui dicit xps.
Cū ergo uenerit: ille nob
annūciabit oīa. Dicit
ei ihs. Ego sū qui loquor
tecū. Et continuo uenerūt
discipuli eius: et mirabā
tur quia cū muliere loq
batur. Nemo tamē dixit
quid queris: aut quid lo
queris cū ea. Reliquit gʒ
ydriam suā mulier: et
abiit in ciuitatem: et di
cit illis hoīibz. Venite et
uidete hoīem: qui dixit mi
oīa quecūqz fec. Nūqđ
ipse est xps? Exierūt de ciui
tate: et ueniebant ad eum.
Interea rogabant eū discī
puli: dicentes. Rabbi mā
duca. Ille autē dixit eis.
Ego cibū habeo manducare: quē uos nescitis. Dicebant ergo discipuli eius ad inuicem. Numqđ aliquis attulit ei manducare? Dicit eis ihs. Meus cibus est: ut faciam uoluntatem eius qui misit me: ut perficiam opus eius. Nōne uos dicitis qđ adhuc qtuor menses sūt. et messis uenit? Ecce dico uob: leuate oculos uros et uidete regiones: quia albe sūt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit: et congregat fructū in uitā eternā: ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit. In hoc enī est uerbū ueruʒ: quia alius est qui seminat: et alius est qui metit. Ego misi uos metere: qđ uos nō laborastis. Alii laborauerūt: et uos in labores eoz introistis. Ex ciuitate autē illa multi credidērūt in eū samaritanoz: ppter uerbū mulieris testimoniū phibentis: quia dixit mihi oīa qcūqz fec. Cū uenissent ergo ad illū samaritani: rogauerūt eū ut apud eos maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures ex

dixerūt ꝓpter sermones ei⁹.
Et mulier dicebant: qꝫ
iam non ꝓpter tuā loque
lam credimus. Ipi enim
audiuimus. et scimus qꝫ
hic est uere saluator mūdi.
Off. Intende uocē oōnis
mee rex meus et deus mꝰ qm
ad te orabo dñe. Secreta.
Respice dñe ꝓpia
tus ad munera
que sacramus.
ut et tibi sint grata. et no
bis salutaria semp exis
tant. P d̄. Cō. Qui bi
berit aquā quā ego dabo ei
dñs samaritane fiet in eo
fons aque salientis in uitā
eternam. Compl.
Vius nos dñe
ꝓpitio sacramē
ti mūdā a crimine: et ad
celestia regna ꝓducat.
Od̄. Sup ppl̄m.
Respice qs omps
deus: ut qui in
tua ꝓtectione confidim⁹:
cuncta nobis aduersan
tia te aduuante uincam⁹.
Per dñm. Sabbato.
Verba mea au
ribus pape
dñe intellige
clamorē meū
intende uocē oōnis mee.
Cum ad te clamabo dñe mane

exaudies uocē meam Coll.
Respice qs omps dꝰ:
ut qui se affligen
do carne ab alimē
tis abstinent: sentando mul
tarum a culpa ieiunent. P.
In ḋ. Iedaniel' ꝓphete.
In diebus illis: Erat
uir in babylone:
et nomen eius ioachim.
Et accepit uxorem noīe su
sannā filiam helchie: pul
chram nimis et timentē
deum. Parentes enī illius
cū essent iusti: erudierūt
filiam suā sc̄dm legem
moysi. Erat autē ioachī
diues ualde: et erat ei po
merū iuxtā domū sue:
et ad ipm confluebant
iudei: eo qd̄ esset honora
bilior oīm. Et constituti
sūt duo seniores iudices in
anno illo: de quibꝫ locu
tus est dñs: quia egressa
est iniquitas de babylone
a senib⁹ iudicib⁹: qui vi
debantur regere ꝓplm.
Isti frequentabant domū
ioachim: et ueniebant
ad eos oēs qui habebāt
iudicia. Cum aūt ꝓplꝰ
reuisset meridiē: ingre
diebatur susanna: et de
ambulabat ī pomerio

seniorib⁹

Ꝑ

vim suu. Et uidebant eã
senes cotidie ingredientẽ
et deambulantem: et ex
arserunt in concupiscentia
ã eius. Et euerterunt sen
sũ suũ ⁊ declinauerunt
oculos suos ut non uide
rent celum: neq; recorda
rentur iudicioꝝ iustoꝝ.
Factũ est autẽ cũ obserua
rent diem aptum q̃ndo
eam possent inuenire so
lam⁹: ingressa aliq̃ndo si
cut heri et nudius tertius
cum duabus solis puel
lis: uoluitq; lauari in
pomerio. Estus quippe
erat. Et non erat ibi q̃s
q̃m preter duos senes ab
sconditos contẽplantes
eam. Dixit ergo puellis.
Afferte mihi oleum et
smigmata: et ostia po
merij claudite ut lauer.
Cum autẽ egresse essent
puelle⁹: surrexerunt duo
senes: et accurrerunt ad
eam et dixerunt. Ecce os
tia pomerij clausa sunt:
et nemo nos uidet. Q̃m
obrem assentire nobis:
et cõmisce nobiscum.
Quod si nolueris⁹: dice
mus testimonium contra
te q̃d tecũ fuit iuuenis:
et ob hanc causã emisi⁹
puellas a te. Ingemuit
susanna et ait. Angustie
mihi sunt undiq;. Si enim
hoc egero mors mihi ẽ:
si autẽ non egero⁹: non
effugiam manus uãs.
Sed melius est mihi abs
q; opere incidere in manꝰ
uãs: q̃ peccare in cõspec
tu dñi. Et exclamauit
uoce magna susanna.
Exclamauerũt autẽ et
senes aduersus eam. Et
cucurrit unus et aperuit
ostia pomerij. Cum aũ
audissent clamorem in
pomerio familii domꝰ⁹:
inruerunt p posticũ: ut
uiderent quidnã esset.
Postq̃ autem senes lo
cuti sunt eubuerũt ser
ui uehementer: quia
nũq̃m dictus fuerat ser
mo huiuscemodi de su
sanna. Et facta est dies
crastina. Cumq; uenis
set ppls ad uirũ eius ioa
chim. uenerũt et duo pres
biteri pleni iniqua cogi
tatione aduersus susan
nã: ut interficerent eam.
Et dixerunt coram ppło
Mittite ad susannam
filiam helchie: uxorem

ioachim. Et ductum mise-
runt. Et uenit cū paren-
tibus et filijs: et uniuersis
cognatis suis. Flebant
igitur sui: et omīs qui no-
uerunt eam. Consurgē-
tes autē duo pbri in me-
dio ppli: posuerūt manꝰ
sup caput eius. Que flēs:
suspexit ad cælum. Erat
enī cor eius fiducia habēs
in dño. Et dixerunt pbri.
Cum deambularemus in
pomerio soli. ingressa est
hec cum duabus puellis:
et clausit ostia pomerij:
et dimisit puellas. Venit
qꝫ ad eam adolescens qui
erat absconditus: et con-
cubuit cum ea. Porro nos
cū essemus in angulo po-
merij: uidentes iniquita-
tem cucurrimus ad eos:
et uidimus eos pariter
cōmisceri. Et illū quidem
non quiuimus comphen-
dere quia fortior nobis e-
rat: et apertis ostijs exili-
uit. Hanc autē cū appre-
hendissemus: interroga-
uimus quisnā esset ado-
lescens: et noluit indica-
re nobis. Huius rei testes
sumus. Credidit eis mul-
titudo quasi senibꝫ ppli
et iudicibus: et condēp-
nauerūt eam ad mortē.
Exclamauit autē uoce
magna susanna et ait.
Deus eterne qui absconditorꝝ es cognitor: qui
nosti omnia antequā fiant: tu scis qm falsum
contra me tulerūt testimonium. Et ecce mortior: cū
nichil horum fecerim qđ
isti maliciose composuerunt aduersū me. Exau-
diuit autē dns uocem eiꝰ.
Cumqꝫ duceret ad mor-
tem: suscitauit deus spi-
ritū pueri iuniorꝭ: cui
nomen daniel. Et excla-
mauit uoce magna. Mū-
dus ego sum a sanguī-
ne huius. Et conuersus
omīs ppls ad eū dixit.
Quis est iste sermo quē
tu locutus es? Qui cū
staret in medio eorꝝ dix.
Sic fatui filij isrl nō iu-
dicantes neqꝫ qđ uerum
est cognoscentes: condēp-
nastis filiam isrl. Reuer-
timini ad iudicium: qm
falsū testimoniū locuta
sūt aduersus eam. Reu-
sus est ergo ppls cū festi-
natione. Dixitqꝫ ad eos
daniel. Separate eos ab in-

nice procul: et diuidicabo
eos. Cū ergo diuisi essēt
alter ab altero: uocauit
unū ex eis: et dixit ad eū.
Inueterate dierū malorū:
nūc aduenerunt peccata tua
quę operabaris prius: iudi
cans iudicia iniusta: in
nocentes opprimens. et
dimittens noxios: dicen
te dño. Innocentē et iustū
non interficies. Nunc ḡ
si uidisti eam: dic sub qua
arbore uideris eos colloquē
tes sibi. Qui ait. Sub
ilino. Dixit autē et daniel.
Recte mentitus es in caput
tuū. Ecce enī angelus dñi
acceptā sententiā ab eo:
scindet te meduī. Et amo
to eo: iussit ueniri alterū:
et dixit ei. Semen chana
an et non iuda: species
decepit te: et concupiscen
tia subuertit cor tuum.
Sic faciebatis filiabus
israel: et illę timentes lo
quebantur uobis. Sed
non filia iuda sustinuit
iniquitatē uestrā. Nunc
ergo dic mihi: sub qua
arbore comprehendisti
eos colloquentes sibi. Qui
ait. Sub prino. Dixit aūt
ei daniel. Recte mentitus
es et tu in caput tuum.
Manet enī angelus dñi
gladiū habens: ut secet
te meduī: et interficiat
uos. Erdamauit autem
omnis cetus uoce magna:
et benedixerūt deū qui sal
uat sperantes in se. Et con
surrexerunt aduersū du
os pbros: conuicerat enī
eos daniel ex ore suo falsū
dixisse testimoniū. Fece
runtq; eis sicuti male egis
rant aduersus proximū: et
interfecerūt eos. Et salua
tus est sanguis innoxius in
die illa. R. Si ambulē
in medio umbre mortis non
timebo mala qm tu mecū
es dñe. ℣. Virga tua et bacu
lus tuus ipsa me consolata
sunt. Secundū iohannē.
In illo tempe: Pier
it ihs in montem
oliueti: et diluculo
iterū uenit in templum.
Et omnis ppls uenit ad
eū: et sedens docebat eos.
Adducūt autē scribe et phi
sei mulierē in adulterio
deprehensam: et statue
runt eam in medio: et
dixerunt ei. Magister: hc
mulier modo deprehensa
est in adulterio. In lege

autē moyses mandauit nobis hmuſmodi lapidari. Tu ergo q̄d dicis? Hec ergo dicebant tentantes eū: ut possent accusare eū. Jhs autē inclinās se deorsum: digito scribebat in terra. Cū autē p̄seuerarent interrogantes eum: erexit se: et dixit eis. Qui sine pēcō est uīm: p̄mus in illam lapidem mittat. Et iterū se inclinans: scribebat in terra. Audientes autē unus p̄ unū exibant: incipiētes a seniorib⁹. Et remansit solus: et mulier in medio stans. Erigens autē se ihs: dixit ei. Mulier: ubi sūt qui te accusabāt? Nemo te condempnauit? Que dixit. Nemo dñe. Dixit autē ihs. Nec ego te condempnabo. Vade et amplius iam noli peccare. Off. Gressus meos dirige dñe sedm eloquiū tuū ut non dñetur mei oīs iniusticia dñe. Secreta. Concede q̄s omnīps deus: ut hmuus sacrificij munus oblatū. fragilitatem nr̄am ab omni malo purget sēp et muniat. P dñm. Cō. Nemo te condempnauit mulier nemo dixit nec ego te condempnabo iam amplius noli peccare. Complenda. Deus omnīps deus: ut inter ei⁹ membra numerem⁹: cuius corpi cōicamus et sanguini. P. Supplices te rogamus. Populū. dñe fidelib⁹ tuis dextera celestis auxilij: ut te toto corde perquirant: et que digne postulant cōsequi mereantur. P dñm. Dominica. iij.

Tetant ihm saluē et conuentū facite oīs qui dili

68
56

gitis eam gaudere cū lea
ca qui in tribulacōe fuistis ut
exultetis et lactemī ab ube
ribus consolacōnis uīe. ℣.
Letatus sum in hijs que dic
ta sūt mihi: in domū dñi
ibimus. Collecta.
Oucede qs omps
deus: ut qui ex
meritō nīe actionis af
fligimur: tue gracie con
solatione respiremus. P.
ℋes: Ad galathas.
Scriptū est: qm
abraham duos
filios habuit. Vnū de
ancilla: et unū de libera.
Sed qui de ancilla: secū
dū carnē natus est. Qui
autē de libera: per repro
missionē. Que sunt per
allegoriam dicta. Hec ēi
sūt duo testamenta. Vnū
quidem ī monte sy̆na in
seruitutē generans: que
est agar. Sy̆na enī mōs
est in arabia: qui con
iunctus est ei que nūc est
ierlm: et seruit cū filijs
suis. Illa autē que sursū
est ierlm libera est: que
est mater nīa. Scriptū
est enī. Letare sterilis que
non paris: erūpe et cla
ma que non parturis:
quia multi filij deserte
magis q̄ eius que habet
uirum. Nos autē frēs
secm ysaac promissionis
filij sumus. Sed q̄modo
tunc is qui secm carnē
natus fuerat persequebat
eum qui secm spīm: ita
et nūc. Sed quid dicit
scriptura? Eice ancillā:
et filiū eius. Non enim
heres erit filius ancille:
cū filio libere. Itaq; frēs:
non sumus ancille filij
sed libere. Qua libertate
nos xp̄s liberauit. ℟.
Letatus sum in hijs que
dicta sūt mihi in domū dñi
ibimus. ℣. Fiat pax in uirtu
tua et habundancia in turri
tuis. Titus. Qui confi
dūt in dño sicut mons sy̆on
non cōmouebitur in eternū
qui habitat in ierlm. ℣.
Montes in circuitu eius et
dñs in circuitu ppli sui ex
hoc nūc et usq; in secm. ℣.
In illo tempe. Iohem.
Abijt ih̄s trans ma
re galilee: quod est
y̆berriadis. Et sequebatū
eū multitudo magna:
quia uidebant signa que
faciebat sup hijs qui in
firmabantur. Subijt ih̄s

un monte ihs: et ibi sede
bat cū discipulis suis. E
rat autē proximū pas
cha: dies festus iudeorū.
Cū sublevasset ergo oc
los ihs. et uidisset quia
maxima multitudo ue
nit ad eū: dicit ad phi
lippum. Unde ememus
panes ut manducēt hij.
Hoc autē dicebat: tempt
tans eum. Ipse enī sciē
bat: quid esset facturus.
Rndit ei philippus. Du
centoꝝ denariorꝝ panes
non sufficiūt eis: ut u
nusquisq; modicū quid
accipiat. Dicit ei unus
ex discipulis eius: andre
as frater symonis petri.
Est puer unus hic qui
habet quinq; panes or
deaceos: et duos pisces.
Sed hec quid sunt inter
tantos? Dixit ergo ihs.
facite homines discūbē.
Erat enī fenū multū ī
loco. Discubuerūt ergo
uiri: numero quasi qn
q; milia. Accepit ergo pa
nes ihs. Et cum gratias
egisset: distribuit discū
bentibus. Similiter et ex
piscibus: q̄ntū uolebat.
Ut autē impleti sunt:
dixit discipulis suis. Col
ligite que supauerunt
fragmenta: ne pereant.
Collegerunt ergo: et im
pleuerunt duodecim co
phinos fragmentorū ex
quinq; panibz ordeaceis:
que superfuerūt hijs qui
manducauerant. Illi g̃
homines cum uidissent qd̄
fecerat signū: dicebant.
Quia hic est uere pphā.
qui uenturus est in mū
dum. Off. Laudate do
minū quia benignus ē psal
lite nomī eius q̄m suauis ē
omīa quecūq; uoluit fecit
in celo et in terra. Secreta.
Sacrificijs pīsenti
bus dñe q̄s inte
de placatus. ut
et deuotioni nr̄e pficiant
et saluti. ℣. Cō. Ihe
rusalem que edificatur ut
ciuitas cuius participatio ei⁹
in idipm illuc enī ascenderē
tribus tribus dñi ad confi
tendū nomī tuo dñe. Cōpl.
Da nobis misē
ricors deus: ut
sca tua quibz
incessanter expleniur.
sincera tractemus obse
quijs: et semp fideli mē
te suscipiamus. ℣ dñm.

Cm̃ alieni īsur
rexerūt ī me et
fortes q̃sierunt
aiam̃ meā

Eus in fīa. scā.
noīe meo saluum
me fac et in uirtu
te tua iudica me
deus exaudi oōnē meā. ps.
Iūbz papę uerba oris mei.
Kelta q̃s Collecta.
Omps deus: ut
obseruationes sa
cras ānua deuotione reco
lentes: et corpore tibi pla
ceamus et mente. p. dn̄o
In diebz libri regū.
illis: Venerūt due
mulieres meretrīc
ad regem salomonē: ste
teruntq; coram eo. Una
una aut. Obsecro mi dn̄e:
ego et mulier hec habita
bamus in domo una: et
peperi apud eam in cubi
culo. Tercia uero die post
q̃m ego pepi: peperit et
hec. Et eramus simul: nul
lus q; alius in domo nob
cum: exceptis nobis duā
bus. Mortuus est autē
filius mulieris huius noc
te: dormiens quippe op
pressit eum. Et consur
gens in tempestate noctis
silentio: tulit filiū meū
de latere meo ancille tue
dormientis: et collocauit
in sinu suo. Suū autē
filiū qui erat mortuus:
posuit in sinu meo. Cūq;
surrexissem mane ut da
rem lac filio meo: appa
ruit mortuus. Quem di
ligentius intuens clara
luce: deprehendi non esse
meū quē genueram. Kel
pondit q; altera mulier.
Non est ita: sed filius
tuus mortuus est: meus
autē uiuit. Econtrario:
illa dicebat. Mentris: fi
lius quippe meus uiuit:
et filius tuus mortuus ē.
Atq; in hūc modū contē
debant coram rege. Tunc
rex ait. Hec dicit filius
meus uiuit: et filius tu
us mortuus est: et ista
rndit: non. sed filius
tuus mortuus est: et fi
lius meus uiuit. Dixit
ergo rex. Afferte michi
gladiū. Cumq; attulis
sent gladiū coram rege:
ait. Diuidite infantē uiuū in duas ptes:
et date dimidiam ptem
uni: et dimidiam ptem
alteri. Dixit autē mulier
cuius filius erat uiuus
ad regem: cōmota sunt
quippe uiscera eius sup
filio suo. Obsecro mi do

mine: date illi infanti
vitti: et nolite interfice
eum. Contra hec illa di
cebat. Nec mihi nec tibi:
sed diuidatur. Iudens aut
rex ait. Date huic infanti
vitti: et non occidatur.
Hec est enī mater eius. Au
diuit itaq; omis isrl iudi
cii qd iudicasset rex: et ti
muerunt regem: uidentes
sapiam dei esse in eo. ad
faciendū iudicium. R.
Esto mihi in deū protectorē
et in locū refugij ut saluū me
facias. ℣. Deus in te spauit
dñe non confundar in eternū.
In illo tempore: Prope erat
pascha iudeorū: et
ascendit ihs ihrlm. Et
inuenit in templo uē
dentes oues: et boues: et
columbas: et nūmulari
os sedentes. Et cū fecisset
quasi flagellū de funiculis:
omis eiecit de templo. O
ues quoq; et boues. Et
nūmulariorū effudit es:
et mensas subuertit. Et
his qui columbas uendē
bant: dixit. Auferte ista
hinc: et nolite facere do
mū patris mei domū ne
gotiationis. Recordati sūt

sūt discipuli eius: qa scrip
tum est. Zelus domus tue
comedit me. Respondit ergo
iudei: et dixerūt ei. Quod
signū ostendis nobis qa
hec facis? Respondit ihs: et di
xit eis. Soluite templum
hoc: et in tribus diebus
excitabo illud. Dixerunt
ergo iudei. Quadragīta
et sex annis edificatū est
templū hoc. Et tu tribus
diebus excitabis illud? Il
le autē dicebat de templo
corpis sui. Cū ergo resur
rexisset a mortuis: recor
dati sunt discipuli eius qa
hec dicebat: et crediderūt
scripture et sermoni quē
dixit ihs. Cum autē esset
ihrlm solemnis in pascha
in die festo: multi credi
derunt in nōie eius: uiden
tes signa eius que facie
bat. Ipse autē ihs nō cre
debat semetipm eis: eo
qd ipe nosset omis. Et qa
opus ei non erat: ut quis
testimoniū phiberet de ho
mine. Ipse enī sciebat qd
esset in homine. Off.
Iubilate deo omis terra.
iubilate deo omis terra. ser
uite dño in letitia intrate in
conspectu eius in exultatōe.

quia dñs ipe est deus. Sec.
Oblatum tibi do
mine sacrificiū
uiuificet nos sẽ
per et mundet ac. Per. Cō.
Ab occultis meis munda
me dñe et ab alienis pare
cerno tuo. Cōpl.
Emptis dñe sa
lutaribus sacra
mentis: ad redemptois
eterne qs pficiamus aug
mentū. Sup. Super ppl'm.
Deprecationem
nrām qs dñe be
nignus exaudi.
et quibꝫ supplicandi pl
tas affectū: tribue defen
sionis auxiliū. P dñm.
Exaudi fia. uij.
deus oronē meā
et ne despexeris
dep̄cationem
meā intende in me et exau
di me. ps Contristatus sū
in exercitatione mea. et cō
turbatus sū a uoce inimi
ci. et a tribulatōe pēctoris.
Placare nobis Coll.
qs dñe obserua
tionis ieunia.
et pie conuersationis aug
mentū: et tue pietatis do
nus continuū p̄stent
auxiliū. Sq. Le lib exodi.

In diebꝫ illis: locu
tus est dñs ad moy
sen dicens. Descen
de de monte: quia pecca
uit ppl's tuus; quē edux
isti de terra egypti. Recel
serunt cito de uia: quam
ostendisti eis. Fecerunt
sibi uitulū conflatilem:
et adorauerunt: atq; im
molantes ei hostias dixe
runt. Isti sunt dy tui isrl:
qui te eduxerunt de terra
egypti. Rursusq; aut dñs
ad moysen. Cerno qd' po
pulus iste dure ceruicis
sit: dimitte me ut irascā
tur furor meus contra
eos: et deleam eos: faciā
q; te in gentē magnam.
Moyses autē: orabat do
minū deū suū dicens.
Cur dñe irascitur furor
tuus contra ppl'm tuū.
quē eduxisti de terra egip
ti. in fortitudine magna
et in manu robusta? Ne
quaso dicant egyptij: cal
lide eduxit eos ut interfi
ceret in montibꝫ: et dele
ret de terra. Quiescat ira
tua: et esto placabilis su
per nequicia ppli tui. Re
cordare abraham ysaac
et isrl' seruoꝝ tuoꝝ: qbꝫ

Et miserius ē ꝓplō suo: dñs Deus israhel.

iuraſti p temetipm dicēs. Multiplicabo semē uēm sicut stellas celi: et uniuersam terrā hanc de qua locutus sū dabo semī uestro: et possidebitis eam semp. Placatus qꝫ est dñs: ne faceret malū qđ locutus fuerat adūsus ppl'm suū. Exurge dñe et ex opem ℟. nobis et libera nos propter nomen tuū. ℣. Deus auribus nr̄is audiuimus pres nr̄i annūciauerūt nob opus qđ operatus es in diebz eoꝝ i diebz antiquis. S'iohēm.

In illo tempore: Jā die festo mediante: ascendit ihs in templū: et docebat. Et mirabantur iudei: et dicentes. Quomodo hic litras scit cū non didicerit? ℟. Respondit eis ihs: et dixit. Mea doctrina nō est mea: sed eius qui misit me patris. Si qs uoluerit uoluntatē eius facere: cognoscet de doctrina mea utrū ex deo sit: an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquit: gl'iam ppriam querit. Qui aūt querit gl'iam eius q̄ misit illū: hic uerax est et iustitia in illo non est. Nonne moyses dedit uobis legem. et nemo ex uobis facit legem? Quid me queritis interficere? ℟. Respondit turba: et dixit. Demoniū habes. Quis te querit interficere? ℟. Respondit ihs: et dixit eis. Vnū opus feci: et oēs miramini. Propterea moyses dedit uobis circūcisionē: non quia ex moyse est. sed ex patribus. Et in sabbato circumciditis homine. Si circūcisionem accipit homo in sabbo: ut non soluatur lex moysi: mihi indignamini. qa totum hoīem sanū feci in sabbo? Nolite iudicare secdm faciem: sed iustū iudicium iudicate. Dicebant ergo quidā ex illis. Nonne hic est quem querunt interficē? Ecce palam loquit: et nichil ei dicūt. Numqd uere cognouerūt princ pes quia hic est xps? Sed hunc scimus unde sit: xps aūt cū uenerit nemo scit unde sit. Clamabat ergo docens in templo ihs: et dicens. Et me scitis: et

unde sum sanus: et a meip
so non uenī: sed est uer⁹
qui misit me: quē uos
nescitis. Ego autē scio eū.
Et si dixero quia nō scio eū:
ero silis uobis mendax.
Sed scio eum: quia ab ip
so sum: et ipse me misit.
Quærebant ergo eū apphe
ndere: et nemo misit i
illū manus: quia nondū
uenerat hora eius. De
turba autē multi credi
derunt in eū. Off. Exspec
tans exspectaui dñm et respex
it me et exaudiuit deprecatione
meā et īmisit in os meū can
ticū nouū ymnū deo nostro.
Et hostia Sanc.
Dñe ꝙs emunde
mea delicta. et sa
crificiū celebrandū sub
ditorū tibi corpa mētes
q; sanctificet. P dñm. Cō.
Lætabimur in salutari tuo
et in noīe dñi dei nī magnu
ficabimur. cōpl.
Vnus nos dñe
precepto salūtem
ti munda et a cunctis
ad celestia regna pducat.
P dñm. Sup plin.
Respice dñe pplo
tuo: et continuis
tribulationibz laborā
tem: ꝑpicius respirare cō
cede. Per dñm. Feria. uij.
Vm sanctificatus
fuero in uobis
congregabo
uos de uniuersis
terris et effun
dam sup uos aquā mūdā
et mundabimi ab oībus
inquinamentis uris et dabo
uobis spm nouū. ps Bene
dicam dñm in oī tempe:
semp laus eius in ore meo.
Dominus nobiscū. Orem.
Deus qui et Coll.
iustis pmia me
ritorū. et peccato
ribus p ieiunii uenia
pbes: miserere supplicibus
tuis: ut reatus nī confes
sio indulgentiā ualeat
percipere delictor. P d. Lēc
Et ezechiel ppheta.
dicit dñs: Sanc
tificabo nomē meū
magnū: ut sciant gentes
quia ego dñs: cū sanctifi
catus fuero in uobis coram
eis. Tollam quippe uos
de gentibz: et congregabo
uos de uniuersis terris:
et adducam uos in terrā
uestrā. Et effundā super
uos aquā mundā: et mū
dabimini ab oībz inqui

Sine Dñs vo. Orem Fleck. Gē. Te.

per per mīb;

deus

namentis uñis: et abuni
uersis ydolis uñis mundā
bo uos. Et dabo uobis
cor nouū: et spm nouū
ponā in medio uñ. Et au
feram cor lapideū de carne
uña: et dabo uobis cor car
neum: et spm meū ponā
in medio uñ. Et faciam
ut in pceptis meis ambu
letis: et iudicia mea cus
todiatis: et operē. Et ha
bitabitis in terra quam
dedi patribus uñis: et er
tis mihi in pplm: et ego
ero uobis in deum. Dicit
dñs omps. ℟. Audiat
filij audite me timorem dñi
uerbo uos. ℣. Accedite ad
eū et illuminamī et facies uē
non confundentur. Orem
tantū dicet. Coll. Dñs vo.
Flect ge.
℟.

Respice qs omps
deus: ut quos ie
iunia uotiua castigant:
ipsa quoq; deuotio sētā le
tificet: ut terrenis affectī
bus mitigatis: facilius
celestia capiamus. P d.
Lectio ysaie pphē.

Et dicit dñs: La
uamini: mūdi
estote: auferte malū cogi
tationū uārū ab oculis
meis. Quiescite agere
peruerse: discite benefacere.
Querite iudiciū: subue
nite oppresso: iudicate pu
pillo: defendite uiduam:
et uenite et arguite me di
cit dñs. Si fuerint pcā
ta uā ut coccinū: quasi nix
dealbabuntur. Et si fuerīt
rubra quasi uermiculus:
uelut lana alba erūt. Si
uolueritis et audieritis
me: bona terre comedetis.
Dicit dñs omps. ℟.
Beata gens cuius est dñs
deus cor populus quē elegit
dñs in hereditatem sibi. ℣.
Verbo domini celi firmati sūt
et spū oris eius omnis uirtus
eorum. S'iohannē.

In illo tempore: P
terens ihs: uidit
hoīem cecū a natiuitate.
Et interrogauerūt eum
discipuli sui. Rabbi. qs
peccauit. hic an parentes
eius. ut cecus nasceretur?
Respondit ihs. Neq; hic pecca
uit: neq; parentes eius: sed
ut manifestentur opera
dei in illo. Me oportet ope
rari opera eius qui misit
me: donec dies est. Venit
nox: quando nemo potest
operari. Quamdiu in mūdo
sum: lux sū mūdi. Hec

aī dixisset: expuit in terrā.
et fecit lutū ex sputo: et li-
nuit lutū sup oc̄los eius:
et dixit ei. Vade: et laua
in natatoria sīloe: qđ i-
terpretatur missus. Abyit
ergo et lauit: et uenit ui-
dens. Itaq; uicini et qui
uiderant eū prius quia
mendicus erat: dicebāt.
Nonne hic est qui sedebat
et mendicabat? Alij dice-
bant: quia hic est. Alij
aūt nequaq̄m: sed similis
est eius. Ille uero dicebat:
quia ego sū. Dicebant
ergo ei. Q̄modo ergo ap-
ti sunt tibi oculi? R̄ndit.
Ille homo qui dicitur ih̄s
lutū fecit: et unxit oc̄los
meos: et dixit m̄. Vade
ad natatoriam sīloe:
et laua. Et abyi: et lau:
et uidi. Et dixerūt ei. Vbi
est ille? Ait. Nescio. Addu-
cunt eū ad phariseos: qui
cecus fuerat. Erat aūt sab-
batū q̄ndo lutū fecit ih̄s:
et aperuit oculos eius. Ite-
rum ergo interrogabant
eū pharisei: q̄modo uidit.
Ille aūt dixit eis. Lu-
tum posuit michi super
oculos: et laui et uideo.
Dixerunt ergo quidam ex

Aquida

phariseis. Non est hic hō
a deo: qui sabbm non
custodit. Alij dicebant.
Q̄modo potest homo pec-
cator hec signa facē? Et
scisma erat inter eos. Di-
cunt ergo cecо iterū. Tu
quid dicis de eo qui ape-
ruit tibi oculos? Ille aūt
dixit: quia ppheta est. Nō
crediderūt ergo iudei de illo:
quia cecus fuisset et uidis-
set: donec uocauerunt pa-
rentes eius qui uiderat.
Et interrogauerūt eos
dicentes. Hic est filius vr̄
quē uos dicitis quia cecus
natus est? Q̄modo ergo
nunc uidet? R̄nderunt eis
pntes eius. et dixerunt.
Scimus quia hic est fi-
lius nr̄: et quia cecus
natus est. Quomodo aūt
nūc uideat: nescimus. Aut
quis eius aperuit oculos:
nos nescimus. Ipm int
rogate: etatem habet: ip
se de se loquatur. Hec dixe
runt parentes: quia ti
mebant iudeos. Jam enī
conspirauerant iudei: ut
si quis eum confiteretur
xp̄m: extra synagogam
fieret. Propterea pntes ei⁹
dixerunt. quia etatē hz̄:

ipm interrogate. Vocauerunt ergo rursū hominē qui fuerat cecus: et dixerunt ei. Da glām deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est: nescio. Vnū scio: quia cecus cū essem: modo uideo. Dixerūt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi uobis iā: et audistis. Quid iterum uultis audire? Numqd et uos uultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ei: et dixerunt. Tu discipulus illius sis. nos aūt moysi discipuli sumus. Nos scimus: quia moysi locutus est deus. Hunc autē nescimus unde sit. Respondit ille homo: et dixit eis. In hoc enī mirabile est. quia uos nescitis unde sit: et aperuit oculos meos. Scimus autē: quia peccatores deus non audit. Sed si quis dei cultor est. et uoluntatē eius facit: hunc exaudit. A sclō non est auditum: quia aperuit quis oculos cęci nati. Nisi esset hic a deo: non poterat facere quicqm. Respondērūt: et dixerunt ei. In pcīs natus es totus: et tu doces nos? Et eiecerunt eū foras. Audiuit ihs quia eiecerūt eum foras: et cū inuenisset eū: dixit ei. Tu credis in filiū dei? Respondit ille: et dixit. Quis est dñe. ut credam in eum? Et dixit illi ihs. Et uidisti eum: et qui loquitur tecū ipse est. At ille dixit. Credo dñe. Et procidens adorauit eum. Offe

diate gentes dñm deū nrm et obaudite uocem laudis eius qui posuit aīam meā ad uitam et non dedit cōmoueri pedes meos benedictus dominus qui non amouet deprecationē meā et misericordiā suam a me. Secreta.

Supplices te dñe rogamus. ut hęc sacrificia peccata nra mundentur. quia tūc ueram nobis tribuis et mentis et corpis sanitatem. P dñ. Cō. Luam fecit ex spuo dns et linuit oculos meos et abij et laui et uidi et credidi deo. cōpl

Sacramenta que sumpsimus dñe deus noster: et spiritalibus nos repleāt

ante

audite vos

alimentis: et corporalibz
nicantur auxilijs. ℣. Sr
catant populū.
Audies michi dñe
tue dñe preabu
supplicantium: et ut pe
nitentibus desiderata con ce
das: fac eos que tibi sunt placita pol
tulare. Per dñm. Feria .v.
Letetur cor quecun
tium dñm que
rite dñm et con
fortamīni querite
faciem eius semper. ℣. Con
fitemī dño et invocate nomē
eius annūciate inter gentes
opera eius. Gloria. Colle.
Deesta qs omps
deus: ut quos le
nuia uotiua cal
tigant: ipsa quoq; devo
tio sca letificet: ut terrenis
affectibus mitigatis: fa
cilius celestia capiamus.
Per dñm. Ifo libz regū.
In diebz illis: Ve aut
mulier sunamitis
ad helyzeum pphe
tam: in monte carmeli.
Cumqz uidisset eam uir
dei econtra: ait ad gyezi
puerū suū. Ecce sunami
tis illa uenit: uade in oc
cursum eius: et dic ei. Nec
te ne agitur cura tr et cu
ra uiri tui et cura filii
tui? Que dixit. Bene.
Cumqz uenisset ad uirū
dei in montem: apprehen
dit pedes eius. Et accessit
gyezi: ut amoueret eam.
Et ait homo dei. Dimitte
illam: anima eius in
amaritudine est: et dns
celauit me: et non indi
cauit michi. Que dixit
illi. Numqd petiui filiū a
dño meo? Numqd nō dixi
tibi ne illudas mi? Et ait
ille ad gyezi. Accinge lū
bos tuos: et tolle baculū
meū in manu tua et va
de. Si occurrerit tibi hō:
non salutes eū. Et si sa
lutauerit te quispiā: nō
respondeas illi. Et pones
baculū meū sup faciem
pueri. Porro mater pue
ri ait. Viuit dns et viuit
anima tua: quia nō di
mittam te. Surrexit ergo:
et secutus est eam. Gyezi
autē precesserat eos: et po
suerat baculū sup faciē
pueri: et non erat uox ne
qz sensus. Reuersus qz est
gyezi in occursū eius: et
nūciauit ei dicens. Non
surrexit puer. Ingressus

est ergo helyzeus domũ:
et ecce puer mortuus iace
bat in lectulo eius. Ingl
ius q̃ clausit ostiũ super
se et sup puerũ: et oravit
ad dñm. Et ascendit: et
incubuit sup puerũ: po
suitq̃ os suum sup os ei⁹:
et oculos suos sup oculos
eius: et manus suas su
per manus eius: et ĩcur
uauit se sup eũ: et calefac
ta est caro pueri. Et ille re
uersus: deambulauit in
domo semel huc et illuc.
Et ascendit et incubuit
sup eum: et oscitauit pu
er septies: et aperuit ocu
los. Et ille uocauit gyezy.
et dixit ei. Voca sunamitẽ
hanc. Que uocata: ingl
sa est ad eum. Qui ait.
Tolle filiũ tuũ. Venit il
la: et corruit ad pedes ei⁹:
et adoravit sup terrã. Tu
litq̃ filiũ suũ: et egressa
est. Helyzeus uero reuer
sus est in galgala. Rm.
Respice dñe in testamentũ
tuũ et ãias pauperũ tuorũ
ne obliuiscaris in finem. ℣.
Exurge dñe et iudica causã
tuã memor esto obprobrii
seruorũ tuorũ. Sequẽtia.
In illo tempore: Dixit

his turbis iudeor. Pater
meus usq̃ modo operatur:
et ego operor. Propterea q̃
magis querebant eũ iuge
re: quia non solũ
soluebat sabbm: sed et
patrem suũ dicebat deũ:
equalem se faciens deo. Re
spondit itaq̃ ihs: et dixit
eis. Amen amen dico uo
bis: non potest a se filius
facere quicq̃m: nisi qd̃ u
derit patrem facientẽ. Que
cumq̃ enĩ ille fecerit: hec
et filius similiter facit.
Pater enĩ diligit filiũ: et
omĩa demonstrat ei que
ipse facit. Et maiora hys
demonstrabit ei opa: ut
uos miremini. Sicut enĩ
pater suscitat mortuos
et uiuificat: sic et filius
quos uult uiuificat. Ne
q̃ enĩ pater iudicat quẽ
q̃m: sed iudiciũ omĩe dedit
filio: ut omĩs honorifi
cent filiũ: sicut honorifi
cant patrem. Qui non
honorificat filiũ: nõ ho
norificat patrem q̃ misit
illũ. Amen amen dico uo
bis: quia qui ubũ meũ
audit: et credit ei qui mi
sit me: habet uitã eternã.
Et in iudiciũ non uenit:

sed transiet a morte in uitam. Amen amen dico uobis: quia uenit hora et nunc est: quando mortui audient uocem filij dei. Et qui audierint: uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso: sic dedit et filio uitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei et iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius. Et procedent qui bona fecerunt: in resurrectionem uite. Qui uero mala egerunt: in resurrectionem iudicij.

Domine in auxilium meum respice confundantur et reuerentur qui querunt animam meam ut auferant eam.

Secreta.

Purifica nos misericors deus. ut ecclesie tue preces que tibi grate sunt pia munera deferentes. fiant expiatis mentibus gratiores. Per. Cō.

Domine memorabor iustitiae tue solius deus uaui me a iuuentute mea et usq; in senectā et senium deus ne derelinq̄s me. cōpl.

Electa dona capientibus q̄s dne non ad iudiciū puenire patiaris: qd fidelibus tuis ad remediū puenisti. P. Sup ppl'm.

Populi tui deus institutor et rector: preces quibus impugnatur expelle: ut semp tibi placatis: et tuo munimine sit securus. Per dnm nr̄m. Feria vi.

Editano cordis mei in conspectu tuo semper dne adiutor meus et redemptor meus. p̄s.

Celi enarrant gl̄am dei: et opa manuū eius annuntiat firmamentū. Collecta.

Eius qui mensibilibus mundū renouas sacramentis: presta q̄s: ut ecclesia tua eternis placata institutis: et temporalibus non destituatur auxiliis. Per. Lectio libri regū.

In diebus illis: Egrotauit filius mulieris matrisfamilias et erat langior fortissimus: ita ut non

lvi

remaneret in eo alius.
Dixit ergo ad helyam.
Quid michi et tibi ē uir
dei? Ingressus es ad me
ut rememorarentur in
quitates mee. et interfi
res filiū meū? Et ait ad
eam helyas. Da michi
filiū tuū. Tulit itaq; eū
de sinu illius: et portauit
in cenaculū ubi ipe ma
nebat. Et posuit super
lectulū suū: et clamauit
ad dnm. et dixit. Dne de
meus: etiam ne viduā
apud quā ego uitumq;
sustento; afflixisti. ut in
terficeres filiū eius? Et
expandit se. atq; mensus
est sup puerū trib; uicib?
clamauitq; ad dnm et
ait. Dne deus meus: re
uertatur oro anima pue
ri huius in viscera eius.
Et exaudiuit dns uocem
helye: et reuersa est aīa
pueri intra eū. et reuixit.
Tulitq; helyas puerū: et
deposuit eum de cenacu
lo in inferiorem domū:
et tradidit matri sue. Et
ait illi. En uiuit filius
tuus. Dixitq; mulier ad
helyam. Nunc in isto cog
noui qm vir dei es tu: et
uerbū dni in ore tuo ueri
est. ℟. Bonū est confiteri
in dno q̄ confidere in homine. ℣.
Bonū est sperare in dno q̄m
sperare in principibus. Sequentia.
In illo tempore:
Erat quidam lan
guens lazarus de
bethania: de castello marie et marthe sororum eius. Maria autē erat que unxit dnm unguento: et extersit pedes eius capillis suis: cuius frater lazarus infirmabatur. Miserūt ergo sorores ei ad eū: dicentes. Dne: ecce quē amas infirmatur. Audiens autē ihus: dixit eis. Infirmitas hec non est ad mortē: sed pro gla dei: ut glificetur filius dei p eam. Diligebat autē ihus marthā: et mariam sororem eius: et lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabat: tunc quidē mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hec: dixit discipulis suis. Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi nunc querebant te iudei lapidare: et iterū uadis illuc? Rel

pondit ihs. Nonne duode
am sūt hore dia? Si qs
ambulauerit in die non
offendit: quia lucē hui⁹
mūdi uidet. Si aut̄ am
bulauerit in nocte: offen
